

A ut declarauimus de mente Arist. & calefacit etiam alia causa, postea ab expositioribus. uidelicet mediante lumine, lumen enim in quantum refulsit, calefacere habet. Et considerate bene, quod cum calor, & frigus sint contraria, & frigus est caloris priuatio, quod aliter prouenit calor a caelo, & aliter frigus, quia coelum mediante propinquitate motus, largitur calorem, largitur autem frigus mediante motu distantia, sicut dixit in simili Philosophus in 2. de Generatione & corruptione, quod motus solis in obliquo circulo, per sui accessum, est causa generationis, & per sui recessum, est causa corruptionis. idem enim uidetur uniformiter, aptum est semper idem facere, & per consequens opposita & contraria, aut proueniunt ab oppositis, & contrariis causis, aut proueniunt ab eadem causa sub oppositis, & contrariis dispositionibus se habente, sicut enim idem erit contrarii causa absentia enim nauis est causa submerisionis nauis, cuius presentia erat causa salutis. ut dicitur in 2. Physicis in text. com. 3. sic Auer. tenuit in 2. Caeli & mundi. in co. 42. quod corpora caelestia se, non operantur nisi caliditate, & non operantur frigiditate. Huic autem opinioni aduersatur Diuus Thomas in 2. Caeli in loco prealle. illud enim inquit, uidetur esse per accidens, quod non per se producitur ab agente. Corpora autem caelestia, sunt actiua respectu eorum quae sunt hic. si igitur non per se agerent frigiditate, & humiditate, & alia huiusmodi, sequeretur quod ista essent per accidens ab agente in uniuerso. Item cum omnes formae substantiales, inferiorum corporum, sunt ex uirtute caelestium corporum, consequens est, quod ex eorum uirtute sint etiam qualitates consequentes species, seu formas elementorum, quae sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum, & alia huiusmodi. Et ideo inquit, dicendum est ergo quod omnia corpora caelestia secundum commune uirtutem luminis, habent calefacere, sed secundum alias proprias uirtutes, singulis corporibus attributas, habent non solum calefacere, & infrigidare, sed etiam omnes alios effectus corporales, hic effecere in istis inferioribus. Et ista uirtus opinio Platonis, inquit. n. Damascenus in li. de Consolatione medicinarum. donatus est uniuersis, ut inquit Plato) duplici uirtute, caelesti, & elementari. Et istam opinionem inssequuntur oes Mathematici, ut scribit Com. in 2. cap. de Substantia orbis inquit. n. considerantes aut actiones stellarum, in antiquo tempore uere dicunt, quod quaedam largiantur caliditatem, & siccitatem, quaedam caliditatem, & humiditatem, quaedam frigiditatem, & humiditatem, & quaedam frigiditatem, & siccitatem, sic quatuor qualitates communes corporibus caelestibus, & quatuor elementis dicuntur aequiuocae, aut secundum prius, & posterius. Et hanc opinionem maxima pars Latinorum inssequitur, quod corpora caelestia non solum agunt lumine & motu, uerum etiam influentia. Aristoteli autem uia Peripateticorum hoc non patitur, ut multipliciter entia fine necessitate, quia natura non abundat in superfluis, uult autem Aristoteli in principio 8. libri de Physico auditu. quod motus caeli, sit tanquam uita omnibus natura subsistentibus, & in principio libri Meteororum dicit oportet mundum istum superioribus rationibus esse continuum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur, ita quod motus est qui conseruat, & saluat, omnia in esse principaliter, & ista est causa caloris, ut patuit. Ab expositioribus etiam ponitur alia causa, & est lumen quod in quantum refulsit, est causa caloris. Non enim est uerum quod dicunt Mathematici, quod lumen lunae sit infrigidatiuum. Nam experimenti sermonum uerorum est ut concordent sensatis, ut dicit Com. in 8. Physicis in co. 2. manifestum est autem, quod in aetate noctes plenilunii sunt calidiores, ut asserit Aristoteli in 4. de Partibus animalium. cap. 5. uidemus etiam tunc temporis, animalia exanguia diminui caloris, pinguiora, & conchylija, & echinos, & id genus animalium magis plena esse in plenilunio, quam in decremento luminis in luna, quod non contingit, quia nocturno tempore plus cibi affiant ratione lucis, quia talia etiam contingunt animalibus uisui priuatis, sed est, quia calor eorum uigoratur a calore continentis, quia multiplicatur in eo ratione maioris, & intensioris luminis, quando quidem digestio natura

lis, a calore naturali proficitur, unde etiam eadem ratione animalia thesaurizantia tempore ueris, & aestatis, melius digerunt, quam tempore hyemis, quia calor naturalis in hyeme a superfluo frigido obundit, cum debilis sit, non autem roboratur, sicut in animalibus sanguine, & calore plus participantibus, sicut optime notauit Galenus in prima particula separatorum sermonum. Nec ualet, quod quidam asserunt quod omnia corpora caelestia recipiunt lumen a sole, & illud ex diuersitate subiectionum recipit diuersas uirtutes, & ita aliquid lumen dicitur esse frigidatiuum. Sed hoc quidem stare non potest, licet Alber. in 2. Caeli, & plusquam eo etiam illud dicere uideantur, nam melius est existimare quod diuersitas formatur sit causa diuersitatis materierum, quam contra ut dicit Commen. in 2. de Anima. in co. 60. nam in hoc Aristoteli praecipue contradicit antiquis, quia ipsi uolebant quod formae sequantur materiam, ut Plato assererat, quod formae dabantur secundum merita materiae, sed Aristoteli opinabatur contrarium, uidelicet, quod materiae sunt propter formas, sicut notabiliter dicit Auer. in 2. Physicis. c. 87. Opinio autem, ponens qualitates uirtutes in caelo, quam sequuntur astrologi, & Diuus Thomas habet etiam rationem contra se, quia non oportet (ut supra dictum est) multiplicare entia fine necessitate. Forte dicentes, quod ponitur influentia praecipue pro conseruatione elementorum. Sed contra, omnis qualitas conseruans aliquid, aut est disponens materiam, pro conseruanda forma, aut est prohibens corruptum ipsam formam, sed propter neutrum oportet ultra motum, & lumen, ponere influentiam pro conseruandis elementis in suis locis. nam frigiditas, & siccitas, sufficienter uidentur conseruare formam terrae in materia. Nec etiam propter secundum, quia omnis resistentia est merito contrarietatis. si igitur influentia dicitur resistere corruptum ipsam terram, illud igitur corrumpens terram, erit contrarium illi influentia. sit uer. gra. illud corrumpens terram ignis, tunc igitur igni contraria, birur illa influentia, & igni etiam contrariatur terra, quae debet corrumpi ab igne, & ita uia plura erunt contraria. Sed dices, nisi daretur influentia in medio, quodlibet elementum indifferenter posset moueri ad quemlibet locum, ita enim arguit Aristoteli in lib. 4. Physicis. aufcul. rex. co. 66. in tract. de Vacuo, quia cum uacuum fit uniforme, corpora posita in uacuo possunt moueri ad quamlibet differentiam positionis. Respondetur dando rationem diuersitatis, nam in uacuo esset uniformitas per totum, nos autem dicimus, quod corpora caelestia mediante calore caelesti, producto mediante lumine, & motu habent conseruare, cum tali tanta distantia elementa in suis locis naturalibus, conuenientibus, & ille calor est intensior in sphaera ignis, ratione maioris propinquitatis, & remissior in centro mundi, ubi est terra, & in medijs in regionibus est medio modo se habens, cum latitudine quadam. secundum igitur aliam, & aliam mensuram, est conseruatiuus alterius, & alterius elementi in alio & alio situ. secundum enim approximationem maiorem, & minorem, causatur ista diuersa mensura caloris, ut scribit Commen. in 2. Caeli in co. 94. & ideo bene dixit in fundamentis Aristoteli quod corpora caelestia in rei ueritate non agunt frigiditatem, sed calores similes uniuersis elementorum, & si Auer. dicit quod operatur frigiditatem, hoc est secundum comparisonem, pro quanto, uidelicet producant quodque remissam caliditatem, unde licet coelum agat mediante lumine, & motu, non sequitur quod cum semper moueatur, & luceat, quod semper uniformiter calefaciat, quia corpus lunosum non semper aequaliter respicit ista inferiora, aliter enim se habet in hyeme, & aliter in aestate, quia radii ratione approximationis supra zenith, capitum nostrorum perpendiculariter multiplicatur in aestate, & ideo magis calefaciunt ex modo diuerso suae reflexionis. Nec iterum sequitur, quod omnes hyemes, & omnes aestates debent esse aequales in calore, & frigore, quia alii aspectus, & conuersiones stellarum sunt in uno anno, & alia in alio, & ideo uidemus quod multiplicatum lumen in uno anno ex conuersionibus planetarum, plus calor operatur, quam in alio

Diuus Thomas contra Auer.

Opinio Dii Thomae & Mathematicorum.

Damasc.

Aristoteli opinio.

Contra astrologos.

D
Opio Alb. magni.

Contra pondus influentia

E

Replica.

Solutio.

F

Opinio O...